



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 39. Sebastiani Castallionis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. & quarto post anno illius notæ in duas  
A. C. 1563. Epistolas ad Corinthios typis vulgaræ  
 prodierunt: Anno autem millesimo  
 quingentesimo sexagesimo primo ejus  
 commentarii in epistolas ad Galatas, &  
 Ephesios publicam lucem aspexere: ce-  
 teri autem tractatus, quibus in epi-  
 stolas ad Philippenses, Colossenses,  
 & Theſſalonicensis, necnon in prima  
 capita epistolæ primæ ad Timotheum  
 commentatus est, nonnisi post Musculi  
 obitum ab ejus hæredibus in lucem  
 edebantur. Elucubrabat etiam *locos*  
 communes, in quo labore decem an-  
 nos insumpsit, ac tandem hoc opus  
 Anno millesimo quingentesimo sexage-  
 simo vulgavit: verum in hoc Viro in-  
 gens opinionis suæ varietas deprehendi-  
 tur; quippe postquam Zwinglii sectam  
 in Wittembergensi concordato ejurave-  
 rat, rursus eidem nomen dedit, post-  
 quam Augustam sese recepit.

## §. XXXIX.

*Sebastiani Castallionis obitus.*

*Thuan. l. 35.* Sebastianus Castallion, seu Castilion  
*Daniel He-* ex Allobrogum, seu ex Delphinatu,  
*ret. de clar.* aut Sabaudia ortus ab anno Domini  
*Interp. Beza* millesimo quingentesimo quadragesimo  
*in vita Cal-* usque ad quadragesimum primum Ar-  
*vini ad* gentinæ morabatur, ubi cum Calvino  
*ann. 1544.* amicitiam contrahens, ab eoque magni  
*pag. 372.* habi-

habitus in ejus ædes recipiebatur, il-  
 liasque opera in Collegio Genevensi Re-  
 ctor nominatus est, quo etiam munere  
 per tres annos fungebatur: anno au-  
 tem Christi millesimo quingentesimo  
 quadragesimo quarto aliud domicilium  
 quærere, suumque officium abdicare  
 coactus est, eo quod privatas quasdam  
 opiniones propugnasset, quamvis Cal-  
 vinus datis literis testatus esset, quod  
 sponte sua Rectoris munere abierit, ac  
 tanta prudentia se gesserit, ut Pastoris  
 officio dignus haberetur, illumque ab  
 hoc munere unice privata quædam opi-  
 nio, quam circa Cantica Canticorum,  
 & articulum de descensu Christi ad in-  
 feros tenuisset, præpedierit, atque hæc  
 unica fuerit causa, ob quam Geneva  
 discessisset.

§. XL.

*Ejusdem Latina, & Gallica Sacrae  
 Scripturae versio.*

Cum Castalio idiomatum, & præci-  
 pue hæbraici peritia clarus esset;  
 sacras literas latine, & Gallice reddere  
 aggrediebatur, cujus tamen labor a  
 quibusdam commendatus, ab aliis vero  
 damnatus fuerat: nam præprimis ab  
 omnibus in sua latina versione redar-  
 guebatur, quod infusa Religiositate  
 nonnisi purioris latinitatis voces ad-  
 hibere

*Henrici  
 Etien apol.  
 d' Herod.*

*l. 1. c. 14.*

*pag. 96.*

*Simon hist.  
 critiq. du V.  
 Test. l. 2.*

*c. 25. p. 349.*

*Hist. Eccles. Tom. XLVII.*

P hibere